MATUTINALE CUM DIURNALI ATQUE MISSALE CISTERCIENSE

Stams, 3. Viertel 14. Jh. Seite 161r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

multis dicentes· Eamus et disponamus testamentum cum gen
tibus que circa nos sunt· quia ex quo recessimus ab eis invene
runt nos multa mala· R· Congregate sunt gentes in multitud(ine)
ut dimicent contra nos et ignoramus quid agere debeamus· Domine deus ad
te sunt oculi nostri ne pereamus· V· Tu scis que cogitant in nos quomodo
poterimus resistere ante faciem illorum nisi tu adiuves nos· Domine deus·
Et bonus visus est sermo in oculis eorum· et destinaverunt
aliqui de populo et abierunt ad regem et dedit illis potestatem ut
facerent iusticias gentium· Et edificaverunt gymnasium
in ierusalem secundum legem nacionum· et fecerunt sibi preputia· R·
Dixit iudas symoni fratri suo elige tibi viros et vade libera fratres tuos
in galileam ego autem et ionathas frater tuus ibimus in galaaditin· Sicut
fuit voluntas in celo sic fiat· V· Et nunc clamemus in celum et mi
serebitur nostri deus noster· Sicut· R· Refulsit sol in clipeos aureos et resp
lenduerunt montes ab eis· Et fortitudo gencium dissipata est· V·
Erat enim exercitus magnus valde et appropiavit iudas et exercitus eius
in prelium· Et· R· Congregati sunt inimici nostri et gloriantur
in virtute sua contere fortitudinem illorum domine et disperge illos· Ut cognoscant
quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu deus noster· V· Disperge illos
in virtute tua et depone eos protector noster domine· Ut· R· Aperi celos
tuos domine et vide afflictionem nostram circumdederunt nos gentes ad punien
dum nos sed tu domine extende brachium tuum· Et libera animas nostras· V·
Affige opprimentes nos et contumeliam facientes in superbia et
custodi partem tuam· Et· R· Hic est fratrum amator et populi
israhel· Hic est qui multum orat pro populo et universa sancta
civitate ierusalem· V· Vir iste in populo suo mitissimus appa
ruit· Hic est· Dominica secunda de libro machabeorum

·viij·